

dem materia promissa sit invalida, & ideo sit abusus potestatis in re gravi, nec reddat subditum in conscientia tutum. Addit autem fere semper excusari prelatum, eo quod parva causa satis sit. Et quamvis non explicet, qualis culpa sit illa, rationes quibus innuitur, probant esse mortalem. Atque idem Suarez eodem numer. 14. ait commutatum propria auctoritate votum in rem evidenter adhaerendo opinioni dicens id licere. Quia est apparet modicus defectus, cum reddatur aequale, at quia nil prorsus facit, cum maneat tota voti obligatio, peccat mortaliter habens animum non implendi illud, quamvis animum materiam subrogatæ exequenda habeat.

15. Veram exilimo solam venialem culpam incurri à prelatu commutante votum in rem aequalem absque iusta causa. Quia commutatio illa valet, (ut diximus numer. 8.) & abusus potestatis est in re levissima, modicumque detrimentum ex ea calum petat. Ut diximus c. preed. numer. 22. Et ita videtur sentire Suarez alleg. numer. preed. quia in eodem loco dicit prius subditum commutatum in rem aequalem peccare mortaliter, & statim subdit prelatum sic commutantem absque iusta causa peccare graviter, nec expressit id esse mortale.

16. Nec etiam subditus erit culpæ mortalis reus, sed solius venialis, si votum suum commutet in rem evidenter æqualem. Quia est infidelitas in re modica, quæ deficit, ut res illa sit melior. Sicut veniale quid modicum materiam promissæ omittit. Sicut etiam sola venialis culpa esset in fure, qui rem venditionis expostam quinquaginta argenteis furans, restitueret paulo minus iusto illo pretio, ut dimidio argenteo minus. Quia sicut furtum illius parvæ quantitatis minoris dimidio argenteo non esset mortalis ratione paritatis materiam, ita nec omisio restitutionis illius. Nec obstat ratio contraria allata nu. 14. Quia eam commutationem valere probavimus nu. 11. Et ita docent Petrus de Ledsma: 2. de summis, tractatu 10. c. 8. in fine tertii partis, ubi agit de commutatione votorum post tertium dictum, versis. Et loquitur de talis commutatione.

17. Quod si petas, an præsumenda sit dispensatio admixta commutationi, quando confessor vir doctus aut confessorius, repetit commutationem factam sitendo intra illius limites esse illegitimam, eo quod manifestè sit in rem minorem. Sic distinguendum exilimo. Si commutans, sint vir doctus, potest iure optimo præsumi commutatio iure facta, adiunctamque esse dispensationem, ac illum habuisse eam dispensandi partem potestatem. Quia non præsumitur virum doctum ignorare rem tam claram, nec voluisse male consilium. Si autem non constet de scientia, ut commutator contingit, & expressit sic commutare virtute Bullæ, aut Jubilæi, præsumenda est illegitima commutatio. Quod hæc nil circa votorum dispensationem, sed meram illorum commutationem intelligant. Si non expressit, cuius virtute commutavit, nec causam interponit, præsumitur etiam illegitima. Quia si dispensatus esset, causam utique examinaret ad eius valorem requisitam. Si autem causam examinavit, & erat ex religiosis fruentibus privilegio Mendicantium, qui possunt commutare, & dispensare, est præsumenda dispensatio admixta illi commutationi. Atque exilimiliter est præsumenda, quando ille erat secularis, & sic carens potestate dispensandi, ac dicit consulendum à se prelatum, aut ita distulit responsum, ut eo medio tempore posset illum consulere, atque causam examinavit, vel illius erat conficius: his autem deficientibus non præsumeretur. Tandem si omnibus hinc inde pensatis, res manet in æquilibrio, & æquæ dubia est possessio pro priori voto: cum de mala commutatione illud soluturæ constet, si fiendo intra limites commutationis.

18. Quare quando iuxta prædicta reperitur commutatio illa facta illegitimè, ratione eius inæqualitatis, nec præsumitur admixta dispensatio, non est obligandum absolute ad prius votum ille, cui sic commutatum est, sed supplendum est, quod deficit modo, quem n. 10. explicavimus, nisi malit ille prius votum implere. Quod si votum illud fuerit diuibile, poterit si supplementum nolit, implere solam illam partem, quæ excedit materiam subrogatam. Quia perinde est ac supplere, quod deerat.

19. Tandem quando dispensatio cum aliqui causa sufficienti ad dispensandum, non absolute, sed commutatione admixta est facta, & constat de insufficientia causæ, non est iudicanda irrita, sed valet tamquam partialis dispensatio: & ideo satis erit supplere injungendo aliquam partialem commutationem maiorem, vel minorem, attentis maioribus, vel minoribus causis merito ac voti dignitate. Sicut si æconomus iustus à domino remittere totum debitum, existente tali paupertate in creditore, & solam illius partem, quando minor paupertas esset, remitteret totum in hac minori paupertate, valeret utique remissio partialis, & satisficeret domino solvendo illam partem, quæ remitti nequit. Quia ad partialem illam dispensationem nil deficit, sicut nec ad partialem illam dispensationem. Et sic docet Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 17. n. 20.

20. Ad argumenta contraria respondetur. Ad id, quod propositum est num. 4. constat ex dictis numer. 8. non enim exceduntur omnino limites potestatis, sed quo ad partem;

& ita suppledo illam satisficit. Ad primum ex propositis nu. 5. constat ex dictis numer. 11. ubi probavimus illam materiam subrogatam non gratiosè præstari, & esse potestatem ad offerendam illam tamquam partialem solutionem, & ita à Deo acceptari. Ad secundum est eodem modo respondendum. Ad confirmationem dic, tunc non constare de actuali voluntate domini vendendi rem illam, at si constaret, satis esse supplere pretium. Ut nu. 11. explicavimus. Ad ultimum dic, votum rei indiuiduæ esse diuibile quo ad æliminationem materiam, in quam commutari debet, & ita satis esse supplere, quod ad rectam æliminationem deficit: quod etiam in voto rei diuibilis fieri potest: aut potest vovens facere, quod diximus nu. 18.

CAPUT LII.

Ad quæ vota commutanda extendatur ordinaria prelatorum potestas, & cum quibus subditis?

SUMMARIUM.

1. Gaudentes ordinario commutandi potestate, possunt commutare omnia vota, in quibus possunt dispensare, n. 1.

2. An vota quinquæ Pontifici reservata, possint ab eis commutari? n. 2.

3. An hæc valeant commutari in opera manifestè meliora, præter religionem? Responsum quædam sententia, n. 3.

4. Explicatur sententia Auctoris, n. 4.

5. An possit unum reservatum in aliud reservatum evidenter melius præter religionem, commutari? n. 5.

6. An possit hæc commutari in votum religionis? n. 6.

7. An votum religionis strictioris possit commutari in perseverantiam in laxiori? Responsum n. 7.

8. An vota facta in fauorem tertii, aut interna, possint commutari? Responsum n. 8.

9. An possint commutari potestate ordinaria, aut delegata per privilegia religionis? Bullam, aut Jubilæum, vota pecunia quo ad penam pecuniariam ex eorum violatione incurram, et eam concedente Pontifice facultatem commutandi eius voti, illoque remittente partem penæ debet, & obligant ad alteram partem solvendam? Responsum quædam sententia, n. 9.

10. Explicatur sententia Auctoris, & circa pecuniam debitam ex votis absolutis, nec solutam, n. 10. 11. & 12.

11. An ex sola voti illius commutatione, aut dispensatione, cessentur penam illa iam debita commutari, aut in illa dispensari? num. 13.

12. Quid, si statatur commutatio aut dispensatio illius voti, quo ad omnia præterita, & futura, tacendo commutationem Expe. n. 14.

13. Quibus subditis ex parte eorum, quibus vota commutanda sunt, exigatur ratio in regularibus, quam in secularibus, ut prelati valeant eorum commutare vota? n. 15.

14. An possint vota subditorum ipsi inuis commutare? Responsum n. 16.

1. Duplex est tractanda difficultas. Prior de votis subditorum, quæ potestate ordinaria prelatorum commutari valent. Posterior, de subiectione ad id petita. Circa priorem, constat eos posse omnia subditorum vota commutare, sive secularium, sive regularium, in quibus dispensare possunt. Id constat ex regula generali tractata c. 19. n. 28. ut facultas ordinaria dispensandi in votis extendatur quoque ad ea commutanda. Quæ autem sint vota in quibus dispensare valent, explicavimus c. 40. 41. & 42.

2. Vota autem Pontifici reservata quo ad eorum dispensationem, quæ explicavimus c. 40. n. 40. 6. sunt etiam reservata quo ad eorum commutationem. Quod universi fatentur. Et constat ex usu ecclesiæ, quia in privilegiis ad solam commutationem concessis per Bullam, aut Jubilæum, aut alia religionis, solent hæc omnia, aut aliqua illorum excipi. Et quia in extraxit, Esq. Dominici, l. 2. de panis, & remis, ubi horum votorum reservatio supponitur, est sermo de eorum commutatione. Et ratio est, quia ob horum votorum gravitatem voluit Pontifex esse in propria specie solvi, nisi aliud ipse indulgerit. Poterant tamen prælati ea commutare in omnibus illis casibus, in quibus posse in eis eos dispensare, diximus c. 40. n. 24. usque in finem.

3. Controvertitur autem inter Doctores, an huiusmodi commutationis reservatio amplectatur eam, que fit in opera manifestè meliora. Quidam amplecti negant, dicuntque posse sic commutari. Quod cum commutatio hæc cedat in maiorem Dei cultum, nec aliquo iure humano nitatur, sed ipsa rei natura, non censetur à Pontifice impedi: id enim videtur contra bonos mores, utpote quod meliori bono obstat. Ita docent Aragon, 2. 2. qu. 88. art. 12. ubi. 1. in corollario, quod dicitur ex tertio dicto, Sayo in clavi regis, lib. 6. c. 12. n. 14. Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 6. puncto 7. col. 9. versis. Hæc ipsa ratione.

4. Veram exilimo, quod id fieri non possit. Quia iure optimo potuit Pontifex in his votis gravioribus hoc sibi iudicium reservare, an expediat illa commutari, ac subinde ex quo sibi reservavit, tollit inferioribus qualicumque ea commutandi facultas. Nec hoc bonis moribus advertitur, non enim simpliciter interdicitur majus bonum sed præscribitur modus illius eligendi loco materiam Deo promissam nem.

nempe ex licenti Pontificia. Atque ita docent Sorus l. 7. de iust. 9.4. art. 3. col. 4. vers. At vero quando, Suarez tomo 2. de relig. l. 17. de voto, l. 6. c. 22. nu. 17. Atque indistinctè hæc reservationem docent Tabiena verb. Dispensatio, 9. 9. n. 11. Leonard. l. 2. de iust. c. 40. dubio 13. nu. 104. in fine, Azor, tomo 1. instit. moral. l. 11. c. 18. 9.4.

5. Nec unum reservatum potest in aliud reservatum evidenter melius commutari, præter religionem. Ut votum peregrinationis Compottellaneæ nequit abique Pontificis licenti commutari in Romanam, aut Hierosolymitanam, aut in calistatam. Quia cum Pontifex hæc sibi commutandi facultatem absolute reservavit, præclaudit inferioribus aditus ad hæc, etiam inter se ipsa, commutanda. Et ita docet Suarez eodem c. 21. nu. 17. & 18. in fine.

6. In votum autem religionis possunt omnia illa commutari. Ut constat ex c. Scriptura de voto, ubi dicitur sic: Res fracti voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuum possit religionis observantiam commutare, ubi caute dicitur: In perpetuum religionis observantiam, quia non est intelligendum de voto religionis quocumque, non enim quocumque dicitur perpetua religionis observantia, sed loquitur textus de assumptione status religiosi per professionem. Quare hæc commutatio non fit ab homine, sed iure ipso sustentente omnia vota extingui professione religionis. Ut latius explicabimus lib. 9. tractans de professionis privilegiis. Ex quo fit, posse quidem suspendi vota peregrinationis reservata per ingressum ad experientiam religionis capiendam, sive voti illius emissio, sive abique illo: at talia vota non extinguuntur per illam commutationem, aut votum. Quam ob rem si tempore novitatus exeat ille, aut cum eo disperditur in vota religionis, aut ab eo coexistat, tenebitur aliud votum reservatum exequi. Quæ optime docet Suarez, c. 21. nu. 18.

7. An verò votum religionis strictioris possit commutari in votum perseverantiam in laxiori, diximus hoc libro 4. cap. 16.

8. Utrum etiam vota facta in fauorem tertii possint abique illius consensu commutari, diximus cap. 41. a numer. 6. usque in finem. Et quid de votis internis, diximus cap. 20. nu. 40.

9. Restat dubium, an possint commutari potestate ordinaria, vel delegata per privilegia religionis, bullæ, aut Jubilæi, aut alia, vota pecunia, quo ad penam pecuniariam ex eorum fractione incurram, quamvis concesserit Pontifex facultatem commutandi illius voti, & remitterit partem illius penæ pecuniariam debitam obligando ad partem remissam solvendam. Ut si quis votum se non lulurum sub illa voti violatione: Azor, tomo 1. instit. moral. l. 11. c. 18. qu. 11. in fine, ait posse votum commutari, quod in futurum referretur, in eoque dispensari per dicta privilegia commutandi, aut dispensandi secunda autem de ea pecunia parte, quam à Pontifice ille iure se posse commutari penam pecuniariam ex illius voti fractione debet, & quamcumque aliam debitam ex fractione voti pecnalis, & elemosynam quoque debitam ex voto absolute violato, posse remitti per potestatem ordinariam, aut delegatam dispensandi in votis, & commutari per potestatem ordinariam, aut delegatam commutandi vota, qualis conceditur per privilegia religionis, bullam, aut Jubilæum. Exemplum prioris partis fit, ut si quis votum se non lulurum, sub pena dandi pauperibus pro quolibet vice decem aureos, & debet centurium aureos, eo quod decies frugerit ludendo, & debet posterioris, ut si quis votum se daturum quolibet mensis decem aureos pauperibus, & omisit dare decem mensibus, & eam aureos pauperibus, & omisit dare decem mensibus, si est debitor ex voto illo absolute violato, centurium aureos. Dicimus ergo non tantum posse commutationem, & dispensationem, tolli utrumque votum quo ad obligationem futuram, sed etiam quo ad illam præteritam solvendam illius pecunie obligationem. Quia tota illa obligatio solvenda pecunie illas in utroque eventu, est ex voto, quod ab initio obligavit ad illas, aut absolute, aut eventiente ea de pecunia iam debitas, vel in posterum debendas, & similiter de potestate commutandi. Et ita sustinuit probans l. 8. de marim. disp. 15. nu. 14. & Suarez docet eodem tomo 2. de relig. tract. de voto, l. 6. c. 20. nu. 19.

10. Secundo dico, non oblatre hæc potestati Pontificem voventi illi commutasse partem pecunie, injungendo ut alteram partem solveret. Quia adhuc manet reliqua penæ pars ex solo voto debita, nec enim Pontifex novum illius præceptum imposuit, & ita non solvens non erit reus præcepti Pontifici violati, sed solus voti, quo ad eam tenebatur, sed solam illam partem penæ non commutavit,

Ergo per potestatem ordinariam aut delegatam dispensandi in votis, aut illa commutandi, potest illa tolli dispensando aut commutando. Et ita tenui eodem loco. Et docet Suarez eodem c. 20. nu. 20. Imò, cum solus Deus, qui votum factum est, sit creditor illius elemosynæ, poterit ea commutari propria voventis auctoritate in rem evidenter Deo gratiorum. Juxta ea, quæ diximus c. 41. n. 8. ubi probavimus vota huiusmodi posse ita commutari.

11. Tercio dico, Pontifex concedente limitatam facultatem confessori, commutandi id votum, relicta illa obligatione solvenda partis pecunie iam debitæ, nequit confessor ille eam commutare, non quidem eo quod illa pecunia sit à Pontifice imposta, aut quia non debeatur ex voto sed quia potestas fuit limitata. Et ita tenui eodem loco. Et docet Suarez, eodem c. 20. nu. 18.

12. Quarto dico petita solum commutatione, aut dispensatione voti pecnalis, aut absolute erogandæ elemosynæ, non extendi commutationem, aut dispensationem ad elemosynam illam iam debitam, sed oportere ea petere quoque circa iam debitam. Quamvis enim in dispensatione, aut commutatione voti pecnalis, non requiratur explicata materia dispensatio, & commutatio, quando factio voti nullum implendæ obligationis quo ad materiam omittam onus reliquit, utpote, quæ erat in materia temporis, & ut onus illius, at secus est, quando materia omittit ad hæc obligat. Quia votum absolute propositum sic faciendæ quotidie elemosyna, aut non ludendi sub tali pena, solum apprehenditur, ut ex nunc obligans in futurum, quare ut talia vota commutentur, quo ad utramque partem, nempe præteritam, & futuram, oportet ea distinctè proponi. Et ita tenui eodem disp. 15. nu. 14. & docet Suarez eodem c. 20. nu. 21.

13. Ultimo dico, quamvis recatur commutatio illa facta à Pontifice, valere dispensationem, & commutationem totius voti distinctè propositi quo ad præterita, & futura. Quod ad hæc non reterat illa circumstantia, potest enim ille priori commutatione cedens, ita habere, ac si illam non impetrasset. Ita docet Suarez c. 20. nu. 22. in fine.

14. Posterior difficultas est de subiectione petita ad commutandum. Quia in re est regula. Eadem prorsus subiectione exigitur in iis, quorum vota commutanda sunt, quæ existit, ut in eorum votis disperditur. Quare his solis, cum quibus prelati possunt dispensare in votis, possunt ex commutare. Quia cum atqueque ad hoc sit eadem iustificatio spiritualis in utroque foro, eandem subiectionem postulat. Quod universi fatentur. Qui autem respectu dispensationis censentur subditi, & prelatorum secularium, & regularium, satis diximus c. 27. a num. 23. ad 25. & c. 39. a nu. 2. usque ad 22.

15. An verò possint prelati commutare vota subditis nolentibus, & inuis, dixi c. 24. num. 27.

CAPUT LIII.

De extensione facultatis delegatæ commutandi vota, ad dispensandum, vel è contra, & ea commutandi vota, aut dispensandi ad iuramenta soli Deo præstita, sive sola sint, sive conjuncta votis ejusdem rei, & tam ad præterita, quam ad futura.

SUMMARIUM.

1. Quæ quæstiones disputanda sint? nu. 1.

2. An potestas commutandi vota, aut iuramenta extendatur ad dispensandum in eis, quando est delegata? num. 2.

3. An è contra delegata dispensandi in eis potestas extendatur ad ea commutanda? Responsum quædam sententia, nu. 3.

4. Explicatur sententia Auctoris, & solvuntur contraria, nu. 4.

5. An saltem extendatur ad partem dispensandum in eis, & partem commutandum? num. 5.

6. Post. num. 5. invenitur alia summaria.

7. Post. num. 5. invenitur alia summaria.

1. Hæcenus de ordinaria commutandi vota potestate egimus, jam est agendum de delegata, qualis committitur per bullam, & Jubilæum, & privilegia religionis, & alia similia. Atque in hoc c. tractamus in genere quædam communica triplici illi privilegio, & cuiusque similit: in sequenti autem tractabitur specialiter de singulis eorum. Quadruplex est disputanda quæstio. Prima, de extensione facultatis commutandi ad dispensandum, vel è contra. Secunda, de extensione facultatis delegatæ ad vota, ad iuramenta Deo præstita. Tertia, de extensione ejusdem ad vota iuramento conjuncta. Ultima, de extensione ejus ad vota emissa, & in posterum emittenda.

2. Quæstio prima. An delegata commutandi vota facultate extendatur ad dispensandum in eis, & è contra delegatæ dispensandi ad commutandum. Hæc in eontra inter utriusque sententiæ Doctores, delegatam commutandi facultatem, nullatenus extendi ad dispensandum, Quia cum commuta-

mutare vota sit multo minus quam in eis dispensare ex concessione minoris privilegii nequit majoris concessio deduci.

3. At difficultas est, an concessa facultas delegata ad dispensandum in votis extendatur ad ea commutanda. Duplex est sententia. Prior ait extendi. Hujus Auctores & rationes retrahunt *de matr. disp.* 2. n. 14. & ultra *ibi allegatos* eam tenent *Sayo in clavi regia*, lib. 6. cap. 12. num. 15. *cap. 11. num. 16. usque ad 119. Leonard. lib. 2. de just. cap. 40. dub. 11. num. 94. Suarez tom. 2. colleg. tract. de voto*, lib. 6. cap. 12. num. 10. *usque in finem*, ubi certam ait videri sibi hanc sententiam. Et probat explicando amplius ejus fundamenta. Quia cui licet, quod plus est, licet quoque minus. *Regula Cui licet 53. de reguli. juris*, in 6. quae vera est secundum omnes, quando minus continetur in majori, tamquam pars in suo toto, vel tamquam species in suo genere. At commutatio continetur in dispensatione tamquam pars in suo toto. Quia dispensatio remittit omnino vinculum voti, commutatio autem remittit partem, nempe, ut non implentur in materia promissa, sed in alia aequali. Secundo, quia commissarius ad totum debitum remittendum, non excedit suae potestatis limites, imò fidelius agere rem committentis, si illud in aliam rem aequalem commutat. Cum ergo per dispensandi potestatem committatur facultas totius voti remittendi, non excedit delegatus limites suae potestatis, sed fidelius agit Dei negotium, commutando illud in rem aequalem gratam Deo. Et confirmatur, quia potens remittere totum debitum potest partem ejus. At potens dispensare ex privilegio potest remittere totum voti debitum. Ergo & poterit partem, nempe, ut id in alia specie aequali solvatur, quod est commutare. Tandem, quia in commutatione duo continentur. Alterum est ablatio vinculi d priori materia, & hoc non repugnat potestati dispensandi, imò id illa efficit. Alterum vero est transferre in materiam aequalem, & ad hoc fat est prudens arbitrium iudicantis aequalitatem cum acceptatione illius, cui votum commutatur. Ergo haec commutatio non excedit limites delegatae dispensandi potestatis. Et haec est factis probabilis.

4. Posterior sententia negat extendi. Hanc tamquam probabilioris amplectitur *in ea disp.* 2. n. 15. ubi retulit ejus rationes, & solvi contrarias, & Auctores ejus retulit. Et videntur Auctores ibi relos, tenent *Sorbus in compendio privilegiorum Mendicantium*, verb. *Votum*, in adnotationibus suis, notabili 4. *Azor tom. 1. instit. mora*, lib. 11. c. 10. *quasi. 4. c. 10. 18. quasi. 7. Beja in suis responsis 2. parte casu 9. in ordine, quod est primus ex populo in Congregatione habita feria 3. die 29. Maii*, habetur folio 81. in 3. notabili. Et probatur denu corroborando rationes ibi adductas, non addendo alias, quibus contrariae solutae manebunt. Probatur primo, quia est in commutatione reperitur aequalis dispensatio, ea tamen est valde impropria, & secundum quid. Ut fatetur *idem Suarez* relos *n. praed.* Idque suadet, quia valet abique legitima causa. Ut ex *ipso Suarez* probavimus c. 51. num. 7. Cum tamen dispensatio sine tota, sine partiali in voto facta abique legitima causa sit irrita. Ut probavimus *cap. 45. num. 3.* & id est de mente ferè omnium. Ergo nequam continetur in dispensatione, tamquam ejus pars. Sicut pars hominis pida est secundum quid dicitur pars hominis, sicut homo pida dicitur secundum quid homo, non tamen absolute continetur sub partibus hominis, sicut nec homo pida sub homine. Ergo non habet locum ea regula, *Cui licet, quod plus est, licet quod minus est*. Quippe ea petit unum contineri in alio, tamquam partem in suo toto. Secundo probatur, quia est dispensationis sit pars commutatio, non procedit dicta regula. Quia ut potens, quod plus est, sui remittere totum debitum, possit quod minus est, sui remittere partem debiti, exigitur, ut prior potestas sit omnino absoluta, aut si cum limitatione aliqua, reperitur quoque eadem limitatio in illo minori, seu in ea partiali remissione. Quod exemplo hoc manifestatur. Si quis committat economo, ut liberè possit debitum aliquod remittere, aut inuenta tali creditoris paupertate, non dubium est, quin in priori casu possit partem illius liberè remittere, ac possit etiam illud commutare, ubi est partialis quaedam remissio, permittendo solutionem in alia specie: Nec etiam dubium est, quin in posteriori, in quo data est libera remittendi facultas, sed cum illa limitatione talis paupertatis creditoris, possit inuenta ea paupertate, utrumque facere, atque in utroque euentu agere fidelius, & utilius rem domini. At si non inuenta ea paupertate, remitteret partem debiti, aut illud in rem aequalem commutaret, excederet limites suae potestatis, nec actus valeret; nec jureverit ea regula, *Cui licet, quod plus est, licet, quod minus est*; quia quod plus est non licebat absolute, sed cum moderatione; at quod minus est, abique illa usurpavit, & ita id minus nullatenus continebatur in eo majori; & consequenter hic non egit fidelius rem domini, sed infideliter commutans suum debitum pro alio, abique ejus mandato. Hoc ergo contingit in potestate dispensandi in voto delegata alicui, non enim censetur commissi, ut liberè commissarius illa utatur, nec potest sic committi, sed censetur commissi existente causa sufficienti ad dispensandum; ac si praetermissis diceret, *existente causa iusta dispensa*: in quare non dubito existente ea causa sufficienti ad eam totalem voti remissionem, dispensando in illo, posse quoque

merè commutari id votum à commissario illo; & tunc habebit locum regula, *Cui licet, quod plus est, licet quod minus est*; & potest totum remittere, potest & partem. At cum deficit ea sufficienti dispensandi causa, nequit commutare, quod minus est, utpote quod in ea dispensandi potestate non clauditur. Atque hinc manent solutae omnes contrariae rationes. Tertio probatur, quia privilegia quantumvis favorabilia, non sunt extendenda ultra verborum proprietatem. Ut redè fatetur *ipsonem Suarez*, eodem lib. 6. c. 19. num. 8. Ergo quantumvis potestas dispensandi sit favorabilis non est extendenda ad commutationem parum, quae nec in communi loquendi modo, nec servata verborum proprietate clauditur sub dispensatione. Tandem, quia quando argumentum à majori ad minus valet affirmativè, eò quod in utroque eadem sit ratio; valet quoque negativè à minori ad majus. Ut sicut valet, *Petrus potest dare decem aureos, ergo & quinque*; valet, non potest quinque, ergo nec decem. At à negatione potestatis commutandi non valet ad negationem potestatis dispensandi. Ergo nec valet affirmativè potestatem dispensandi ad potestatem commutandi. Probatur minor. Quia si alicui auferretur potestas commutandi vota, non eo ipso censetur ablata potestas dispensandi. Ut optime probat *Navarr. §. in Leviticis notabili 27. num. 1. c. sequentibus*. Respondet *Suarez* eodem lib. 6. c. 12. num. 16. negando hoc: quia suspensus ab inferiori actu censetur etiam suspensus à superiori, si cum inferiori necessarium connexionem habeat vel illum includat. Ut suspensus à diaconatu censetur quoque à sacerdotio. Sed respondeo commutationem non habere necessariam connexionem cum dispensatione. Quod constat, quia nec ex iure naturae est ea conexio, nec ex iure aliquo Ecclesiastico habetur; imò possunt optime separari. Nil enim repugnat, si praeter concessam facultatem dispensandi, quando causa legitima adest, & denegat commutandi, sine aditu ea legitima dispensandi causa, sine ea decidat. Et proinde haec duae potestates nullam necessariam connexionem habent.

5. Id tamen fatendum est, habentem delegatam dispensandi in votis facultatem, posse partim dispensare, & partim commutare. Quod etiam defendi eodem *disp.* 2. n. 15. in fine. Cujus adequata, aut principalis ratio non est, quod ea partialis dispensatio, utpote quae vera dispensatio est, clauditur in dispensatione tamquam pars in toto. Quia adhuc est separabilis, & possit concedi sola facultas plenè dispensandi, existente plena dispensandi causa nihil autem ea deficiente. Sed ratio adequata, & principalis est praetermissa rationabiliter concedentis voluntas. Quippe delegans potestatem dispensandi censetur velle eam delegare, quoad meliorem, & tutiorem, & usitatum usum ab ipsonem Pontifice. At melior, & tutior, ac usitatus in tota Ecclesia, & ab universis Doctoribus consultus, ulius dispensationis est admissendum aliquam commutationem. Ergo potestas dispensandi censetur concessa, ut liceat etiam partim commutare. Et tenet *Azor*, relos *num. praecedenti*.

SUMMARIUM.

An potestas delegata per bullam, aut jubileum, aut privilegia religionis, aut quaevisque alia, ad commutationem, & dispensationem votorum, extendatur ad idem circa juramenta soli Deo facta? Refertur duplex sententia num. 6. & 7.

Explicatur sententia Auctoris, num. 8.

Quid, si juramenta illa nullam includant promissionem; numero 9.

Quid, si facultas esset ad juramenta soli Deo facta, an extendatur ad vota, quomodo ea juramenta nullam continent promissionem? num. 10.

Quid, si ea facultas esset generaliter ad juramenta sine praesudicio tertii? num. 11.

An ea facultas delegata commutandi vota, aut in eis dispensandi, extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudine ex parte creditoris, ut quando est metu extortum, aut solvendis usuris? Refertur quaedam sententia, num. 12.

Explicatur sententia Auctoris, num. 13.

An extendatur ad haec, quando est expressa facultas circa vota jurata? num. 14.

An ad haec extendatur, quando privilegium esset commutandi, aut relaxandi juramenta sine praesudicio tertii? num. 15.

Post num. 15. habentur aia summaria.

6. Quaestio secunda. An delegata potestas circa vota commutanda, qualis conceditur per privilegia religionis, bullam & jubileum, aut circa eorum dispensationem, extendatur ad commutationem juramentorum soli Deo factorum, ac eorum relaxationem. De hac quaestione ejus lib. 8. de matrim. disp. 1. a num. 16. ubi tres sententiae retulit. Prima negat extendi. Ducitur, quod juramenta haec continent duplex vinculum, alterum promissionis factae Deo, quae in eis includitur; alterum autem iurisdictionis. Insuper, quia est utrumque vinculum sit religionis, est tamen diversae speciei. Hujus etiam alia fundamenta, & Auctores retulit eodem *disp.* 2. num. 16. Et ultra eos tenent *Azor*, *tom. 1. instit. moralium*, lib. 11. c. 10. *qu. 2. Petrus de Ledesma 2. tomo summa*, tractatu 21. cap. 4. *difficultate 4. Leonardus lib. secundo de just. cap. 42. dubio 12. num. 60. in fine, & numero 62. versis.*

verse. Quibus. Et dicit probabilem *Suarez* *tom. 2. de religione*, tractatu de voto, libro 6. c. 14. numer. 5. & verè est probabilis.

7. Secunda sententia ait, si juramentum per se fiat, & sine voto, eam facultatem non extendi ad juramentum, si scilicet sit prius emissio voto factum. Hujus Auctores referunt emittitur de eadem re juramentum. Hujus Auctores referunt quoddam tacito nomine *Azor*, *num. praecedenti* relos. Et quo ad priorem, partem, in qua concordant cum praecedenti sententia, ducuntur argumentis illius. Quo ad posterioriorem autem, quia tunc juramentum est accessorium voto, & ideo cessat ablati voto, quod per dispensationem, aut commutationem, virtute illius privilegii auferri potest.

8. Tertia sententia ait, facultatem delegatam ad dispensationem, vel commutationem votorum, extendi ad dispensationem, & commutationem juramentorum, quae soli Deo sunt. Possissima hujus ratio est, quod vinculum voti, & juramenti hujusmodi equiparentur omnino in hoc, quod tota obligatio, & materia utriusque vinculi ordinatur ad solum Deum ejusque honorem, Deique solus sit ejus obligationis creditor; habeantque eundem dispensationis, & commutationis modum; eundemque finem, & eandem rationem, & connexionem, attentatium concessioem sine, & considerata communi fidelium existimatione, qui tamquam vota reputant hujusmodi juramenta. Et declarat amplius, quia in eis privilegiis conceditur facultas remittendi, aut commutandi obligationem ex virtute religionis soli Deo tamquam creditori acquiritur; & solum spectatur, an etiam hominibus comparatum sit, ut contingit in juramentis non Deo praestitis, sed homini. At tam voti, quam juramenti soli Deo praestiti obligatio soli Deo acquiritur. Ergo facultas circa vota extenditur ad juramenta hujusmodi. Hanc amplius probans, & rejiciens rationem aliorum, tenet *Aragon 2. 2. qu. 89. art. 9. quatuor columnis ante finem, quod dicitur quarto*, & *quasi. 68. art. 12. column. 6. dicto 1. Suarez*, eodem lib. 6. cap. 14. n. 6. *usque ad 13. ubi latissime id probat, Sayo in clavi regia*, lib. 5. cap. 8. num. 9. *versis. Dicit, Sorbus in compendio privilegiorum Mendicantium, verbo Votum, in suis adnotat. notabili 5.*

9. Atque haec sententia habet verum, quoniam juramentum non habet inclusam promissionem, sed abique ea soli Deo fiat. Quia quomodoque soli Deo fiat, reputatur tanquam votum, cum soli Deo obligatio ex illo quaratur ex virtute religionis. Et ita militat rationes numer. praecedenti traditae. Et ita docent *Suarez*, eodem *cap. 14. numer. 11. Lud. Lop. 2. p. instrum. consil. ubi de clavis n. 9. col. 5. versis. Ad punctum denique*; quoniam hic in juramentis includentibus promissionem tenet contra nosram, sequens prima sententia.

10. Et è contra potestas delegata circa dispensationem & commutationem juramentorum, quae soli Deo sunt, extenditur ad dispensationem, & commutationem votorum. Quia hoc aequè probant rationes n. 8. traditae. Et ita tenent eodem *disp.* 2. n. 19. & tenet *Suarez*, eodem *c. 14. n. 24.* Quod est verum; est juramenta illa nullam includant promissionem, juxta dicta *num. praed.*

11. Idem idem est dicendum, si generaliter concedatur facultas ad juramenta sine praesudicio tertii, talis enim facultas extenditur etiam ad vota. Quia per juramenta hujusmodi potissimum intelliguntur illa, quae in solum Dei honorem, vel de aliquo virtutis actu sunt. Atque respectu Dei nullum est praesudicium, quando ex causa relaxantur, aut commutantur auctoritate legitima. Cum ergo juramenta haec voti naturam induant, facultas ad haec extenditur ad vota. Juxta dicta *num. praecedenti*. Et docet *Suarez*, eodem *n. 24.*

12. Atque alicui extendunt, ut ea facultas delegata ad vota extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudine, & iniustitia in creditore; ut ad juramentum factum homini solvendis usuris, aut extortum metu. Quod per haec juramenta nullum homini illi, qui sunt, jus acquiritur, sed soli Deo, & proinde voti rationem induant, non alteri, quam si soli Deo juramentum fieret. Ita docent *Bartholomaeus à Ledesma in summa sacramentorum, tractatu de matrim. dubio 23. post tertiam concl. Manuel. 1. tomo summa*, in 2. editione, c. 231. num. 4. & c. 189. num. 9. *cap. 244. numero 4.*

13. At contrarium est tenendum. Quia etsi per illa nullum homini, qui sunt, jus comparatur; at cum non sunt intentu pietatis, nec Deo, nullam voti rationem induunt, sed merè promissionis humanae; atque proinde nomine votorum non solent claudi. Et ita tenet *l. 1. de matr. disp. 32. n. 17.* & docent *Suarez*, eodem *c. 14. n. 13.* & *tr. 2. de relig. tract. de juramento*, l. 2. c. 41. n. 13.

14. Adde *Suarez* in hoc posteriori loco, nec privilegium ad vota jurata, quale est in nostra Soc. Jesu, extendi ad hujusmodi juramenta commutanda. Quia haec juramenta nullam voti rationem habent. Quod etiam fecerunt sum eodem *disp.* 31. num. 17. Quod nonnullam difficultatem habet propter verba eius privilegii, quod dicitur Greg. XIII. in quadam via bulla extendens privilegium commutandi vota concessum illi à Paulo III. his verbis: *Insuper facultatem*

aliam praesbyteris Societatis praedictae à Sede Apost. concessam commutandi vota, etiam ad jurata, dummodo commutatio hujusmodi in alterius praesudicium non fiat, extendimus. At *nu. seq.* dicemus concessis juramentis abique tertii praesudicio, posse hujusmodi juramenta commutari. Et ita probabiliter potest hoc sustineri, probabilius tamen eredo non claudi in eo privilegio. Quia cum dicta, *Vota jurata*, videtur loqui de votis, quae juramento solent confirmari; at juramenta votum confirmantia sunt, quae intentu pietatis, & soli Deo sunt. Insuper, quia ea limitatio, *Dummodo commutatio hujusmodi in alterius praesudicium non fiat*, addatur votis juratis, cadit tam in vota, quam in juramenta. Et ita sensus est, ut per votum, vel juramentum Deo facta in fauorem tertii, non sit jus aliquod illi tertio acquiritur per ejus acceptationem.

15. Si tamen privilegium concederet commutationem, aut relaxationem juramentorum, abique tertii praesudicio, posset utique juramenta haec virtute illius relaxari, aut commutari. Quia nequeunt censeri relaxari cum praesudicio tertii, cum homini per ea jus acquiritur non fuerit, & injuriam inferat exigendo, & non remittendo. Et ita tenent eodem *disp.* 32. num. 17. & docent *Petr. de Ledesma de matrim. quasi. 47. artic. 3. dubio 3. quod movet circa tertium argumentum*, §. *Sed ab hac est aduertendum*, *Suarez*, eodem *lib. 2. cap. 41. num. 13. Leonard. lib. 2. de just. cap. 42. dubio 12. n. 63. in fine.*

SUMMARIUM.

Quando privilegium est ad votorum juramentorum commutationem, aut dispensationem, extenditur ad juramenta quomodocumque facta soli Deo, n. 16.

An potestas delegata ad vota, nil exprimentis de juramento, extendatur ad utrumque vinculum simul concurrentis? Refertur triplex sententia, num. 17. 18. & 19.

Explicatur sententia Auctoris, num. 20.

Quid, si facultas sit circa juramenta? num. 21.

Quid, si privilegium sit limitatum ad unum votum commutandum, aut in eo dispensandum, an extendatur ad utrumque vinculum? num. 22.

Post num. 22. invenies omnia summaria, quae desciunt.

16. Quaestio tertia. An facultas delegata ad commutationem, aut dispensationem votorum, extendatur ad vota conjuncta juramento? Et quidem, quando privilegium est ad vota jurata, quale est in Societate Jesu ad ea commutanda (ut retulimus *num. 14.*) non dubium est, quin possit sint commutari vota juramento firmata, sine juramento, sed accessorie voto, sive sit etiam principale, & quasi concomitans, eo modo, quem *nu. 18.* explicabimus, & quia privilegium loquitur indistinctè, & nulla ratio cogit ad illud limitandum.

17. Punctus autem difficultatis est et pertinet, quando sola votorum in privilegio mentio fit; ut contingit in privilegio bullae cruciatæ, & jubili, quod vota commutandi facultatem indulget. Triplex est sententia. Prima negat facultatem illam extendi ad vota, & juramentum simul concurrentia. Quia concurrunt duo vincula expressa, quae aperte majora sunt unico expresso. Alia fundamenta, & Doctores hujus sententiae retulit *lib. 8. de matr. disp. 2. num. 21.* Et ultra illos tenent *Azor*, *tom. 1. instit. moral. l. 11. c. 10. 9. 2. c. 18. q. 16. c. 19. Sorbus in compendio privilegiorum Mendicantium, verbo Absolutio 2. quo ad saeculares, in resolutionibus, quas ibi ponit, in concl. 8. c. verbo Votum, in suis adnotationibus, notabili 5. Leon. l. 2. de just. c. 40. dubio 11. nu. 94. in fine, Sayo in clavi regia, l. 5. c. 8. num. 9. versis. Dicit abique privilegio.*

18. Secunda sententia sic distinguit. Si juramentum praestetur ad voti emissi confirmationem, tunc privilegium commutandi, & dispensationis circa vota, extenditur ad ea sic iurjurando munita. Si vero non praestetur in voti confirmationem, sed independentem ab illo, & tantum confirmationem, tunc privilegium erga votum non extenditur ad votum, tunc juramentum simul concurrentia. Ut si quislibet votum, & juramentum, & postea juravit illud, non quasi votum prius vovit se juniam, sed vel ejus immemor, vel omnino independentem ab illo. Hanc fecerunt sum eodem *disp.* 2. nu. 23. & priorem partem tenet *Manuel*, *additionibus ad bullam cruciatam*, §. 9. num. 11. Et ratio illius partis est, quod tunc juramentum nulla peculiari dispensatione, aut commutatione indiget, sed cum sit voto accessorium, sola voti dispensatione, aut commutatione, extinguitur; tamquam extinctio principali. In posteriori autem parte concordat haec sententia cum praecedenti. Et ratio est, quia cum sint duo vincula diversae speciei, nec unum pendet ab alio, ut sic illo sublato cesset, fortiora sunt uno solo, quod ea privilegia concedunt.

19. Tertia sententia sustinet in utroque euentu posse per illam facultatem ad vota, idem esse circa juramentum, & votum concurrentia. Hanc tenet *Suarez*, *tom. 2. de relig. tractatu de voto*, l. 6. c. 14. a num. 19. *usque in finem*. Et eandem non ita distinctè explicans, sed indistinctè loquens, quando utrumque vinculum concurrat, tenet *Emmanuel*.

23 Quæstio ultima. An potestas delegata ad dispensatorem, ut si commutatio votorum restringenda sit ad sola emissæ ante id privilegium? Quia in re constat privilegia hæc, quando perpetua sunt, extendi tam ad vota præterita, quam ad futura. Qualia privilegia sunt religionum? Quia cum privilegia sint perpetua, amplectuntur omne tempus. Et ita dicit esse certum *Simo. tom. 2. de relig. tract. de voto. l. 6. c. 13. num. 2.*

24 Secundo etiam est certum, quando privilegia sunt temporalia, ut Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi, extendi ad vota quæcumque emissæ, non solum ante concessionem Romæ factam, sed etiam postea, donec publicentur. Quia cum ex tunc incipiunt privilegia hæc suum effectum sortiri, vota usque tunc emissæ censentur ante concessionem facta. Sic dicit esse certum *Suarez. ibidem.*

25 Sed difficultas est, an extendantur hæc privilegia ad vota emittenda post publicationem. Et loquendo de privilegiis commutandi vota, qualia conceduntur per Bullam, & Jubilæum, quidam negant, dicentes hujusmodi privilegia restringenda esse ad sola vota commutanda, quæ ante publicationem facta sunt. Ducuntur, quia cum vota sunt tantum momenti, absurdum videtur concedere privilegium exemptionis ab eorum obligatione, antequam emittantur. Sic tradunt *Sotus l. 7. de just. q. 4. art. 3. col. 9. versic. Post hæc de privilegiis. Cord. summ. qu. 159. in fine. Grassi s. p. de votum l. 2. c. 30. m. 9. Angles floribus 2. p. quæstio de voto. art. 8. de sentent. 7. proposit. 2. l. 1. top. l. p. infens. conscientia. c. 50. col. 2. versic. Advertito tamen.*

26 Sed dicendum est posse commutari vota, sive ante, sive post emissâ. Probatur ex doctrina *Glossæ*, & *Quia circa. verb. Sed futuri. de privilegiis*, ubi docet verba indehærent, & generaliter expressa in privilegiis, extendi ad futura. Cum ergo verba Bullæ, & Jubilæi concedentia votorum commutationem, sint generalia, & indehærent, extenduntur ad vota etiam futura. Secundo, quia etiam verba privilegii non sunt extendenda: at non sunt restringenda, ne claudant id, quod sonant. Cum ergo verba sint generalia, non est cur ad vota præterita restringantur? Tertio, quia eodem prolixo tenore conceditur illi absolutio à peccatis, & centuriis quo votorum commutatio. Sed illa extenditur in universum ad ante, & post contracta. Ergo, & hæc. Nec valet disparitas tradita à *Soto*, quod absolutio à casibus spectet ad præterita, & votorum commutatio ad futura, & non in altera, nisi prolixus referat. Cum forma utriusque concessionis sit æquæ indefinita, & generalis. Quarto, quia concessio perpetua pro tota vita extenditur ad omnia futura vota vitæ circumculo. At eadem est proportio, & ratio concessionis pro tempore, quo durat Jubilæus. Ergo hæc quoque extenditur ad vota toto illo tempore emittenda, quo Bulla, & Jubilæus duraverint. Tandem, quia incongruitas, quia nitiur contraria sententia, est nullius momenti nec enim rationi dissonat, ut votum obtineat faciliem viam obtinendi dispensationem, aut commutationem, etiam pro votis futuris; imò est favor prudenter concessus ad alienandos homines ad virtutis opera. Magisque incongruum videri posset habere viam obtinendi dispensationis ab irregularitate, & suspensione postea ex culpa incurrendis, quam contraria sententia admittit. Atque ita docent *Navar. s. in Leviticum, notabil. 34. num. 4. versic. Que tamen omnia, & Summa Latina c. 12. num. 80. in fine. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 11. in dubio circa secundam conclusionem, fol. 1041. column. 2. paulo ante versiculum. Si quis autem querat, Enriquez libro 6. de penitentia, c. 16. num. 3. in commento, litera N. in fine, & lib. 7. de indulgentiis, c. 30. m. 5. Lud. Lop. 2. p. instrum. conscientia, ubi de clavis, c. 9. fol. 846. Manuel in Bulla Cruciatæ, §. 9. num. 111. Azor. tom. 1. instrum. moral. lib. 11. c. 18. §. 9. Emmanuel Saiz in Summa, verb. votum in fine. Petrus de Léséjan 2. tom. Summa, tractat. 11. c. 4. ad 5. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 12. num. 16. Virgilius candelabro sacramentorum, 3. p. cap. 14. num. 37. Suarez eodem cap. 13. à num. 4. usque ad 6. Et in hanc sententia inclinat *Corduba in suo questionario, libro 5. quæst. 37. propositio 2.**

27 Rursus circa facultatem dispensandi in votis, quidam sentiunt eam restringendam ad vota antea emissâ. Sic tradunt *Manuel in Bulla Cruciatæ, §. 9. num. 116. & Ludovicus Lopez num. precedenti* relatus. Idem *Sotus* relatus *n. preced.*

28 Cæterum nullam differentiam rationem invenio, & idem dicendum est, eam quoque ad vota futura extendi. Quia rationes tradite, *nu. 26. ad id* probandum in potestate commutandi, procedunt æquæ in potestate dispensandi. Atque ita docent *Suarez, relatus eo num. 26. Enriquez lib. 7. de indulgentiis c. 30. num. 2.*

S U M M A R I U M.

Quando concessio dispensandi, aut commutandi vota est perpetua, extenditur non tantum ad emissâ ante eam potestatis delegationem, sed etiam ad emittenda in posterum, *nu. 23.*

Quando est temporalis, ut per Bullam, & Jubilæum, extenditur ad vota emissâ post concessionem Romæ factam, ante tamen publicationem illius, *nu. 24.*

An potestas hæc extendatur ad commutanda vota emittenda post illius promulgationem? Referuntur quædam opinio, *nu. 25.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 26.*

Quid, si esset potestas dispensandi? Referuntur opinio, *nu. 27.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 28.*

C A P U T L I V.

Quæ vota, & qualiter commutari valeant per regularium privilegia erga seculares, & per Bullam cruciatam, & Jubilæum?

S U M M A R I U M.

Proponitur clausula Bullæ cruciatæ concedens vota commutari, *num. 1.*

Proponitur clausula Jubilæi indulgentiam idem, *nu. 2.*

Proponitur clausula privilegiorum religionis idem concedens, *num. 3.*

Qualiter hæc privilegia sint restrictiva, quam Bullæ, & Jubilæi, quo ad vota, quæ possunt commutari? Et qualiter sint ampliora quo ad materiam subrogandam? Et qualiter virtute omnium eorum possint commutari iuramenta, etiam conjugata? *nu. 4.*

An virtute horum omnium exigatur causa ad commutanda vota? *nu. 5.*

An hæc privilegia religionum censentur favorabilia, & ampliantur? *nu. 6.*

Quid de privilegiis Bullæ, & Jubilæi? *nu. 7.*

Quæ vota reservata excipiuntur in omnibus his? *nu. 8.*

An hæc extendantur ad vota facta, & facienda? *nu. 9.*

An per omnia hæc privilegia commutentur vota ipso facto? *num. 10.*

An maneat commutata, si confessor requisitus non commutet ex malitia, aut ex oblivione? *nu. 11.*

An peccet confessor nolo commutare? *nu. 12.*

An per hæc privilegia concedatur sola facultas commutandi vota? & sit necessarium commutatio faciendam in rem æqualem? *num. 13.*

An virtute Bullæ, & Jubilæi, & privilegiorum religionis sit commutatio necessaria faciendam in confessione? Referuntur opinio, *num. 14.*

Explicatur sententia Auctoris circa Bullam, *nu. 15.*

Explicatur circa privilegia religionis, & Jubilæi, *nu. 16.*

An oporteat, ut commutentur vota virtute Bullæ, aut Jubilæi sit confessor vocatus? *nu. 17.*

An virtute omnium horum possint commutari vota reservata in eis excepta, quando potest in eis Episcopus dispensare? *num. 18.*

An virtute omnium horum possint commutari vota reservata in eis excepta, quando potest in eis Episcopus dispensare? *num. 19.*

An possit per ea commutari votum castitatis in conjugato, ut solum debitum petat? *nu. 20.*

An possit per Bullam, aut Jubilæum commutari iuramenta absolutæ religionis, & castitatis, &c. *nu. 21.*

Quid per privilegia religionis? *nu. 22.*

An possit per hæc omnia commutari votum principale, & votum non principale commutationis? *num. 23.*

An materia, in quam sunt vota commutata virtute eorum, possit iterum commutari? *nu. 24.*

Quid de pena peccati debita ex fractionibus voti absoluti, aut partiali, etiam si Pontifex commutavit subdono partem solvi? *num. 25.*

An vota reservata concessa per Bullam, aut Jubilæum possint variari, quoties emissâ fuerint? commutari tempore, quo datur Bulla, & Jubilæus? *nu. 26.*

An virtute Bullæ possit quis absolvi toties, quoties à casibus reservatis Pontifex, secuti tamen? *nu. 27.*

An si diligenter in Jubilæo præsentem commutentur, ut breviori spatio, quam hebdomada fiant, aut sumptu Eucharistiæ requisita implatur sequenti hebdomada, ut concedat Jubilæus, possit eo solo breviori tempore, aut toto longiori concedi commutatio votorum, & absolutio à reservatis? Et an diligenter prescripta à Jubilæo pro certis diebus, si commutentur à confessore, debeant isdem diebus impleri? *nu. 28.*

An possit Jubilæus bis obtineri illis duabus hebdomadis, & illis concedi commutatio, & absolutio? Referuntur opinio, *nu. 29.*

Explicatur sententia Auctoris, & satisfactio contrarii, *nu. 30.*

An opus sit commutationem votorum fieri intra tempus Jubilæi, aut Bullæ, nec possit tunc confessarius commutare in materia, quam ipse, vel tunc doctus post Jubilæum prescripserit? *num. 31.*

An sit hic reus voti illi frangenti ante illius materia prescriptionem? *num. 32.*

An possit tunc confessarius differe commutationem faciendam transacto Jubilæo, aut Bullæ tempore? *nu. 33.*

An possit tunc commutare votum, cuius non meminit penitentis, aut concedere tempus ad recipiendum, est transactum tempus Bullæ, & Jubilæi? *nu. 34.*

An possit tempore, quo datur Bulla, vel Jubilæus, petere penitentis ipsi vota commutari, quorum numerus, aut obiecti est immensus? *num. 35.*

An transactis Jubilæo, aut Bullæ tempore possint commutari vota, quorum quis immensus commutationibus non petit, si præcessit aliqua commutatio generalis? Referuntur quædam sententia, *num. 36.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 37.*

Quid, si ex commutatio generalis non petita est? Referuntur opinio, *num. 38.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 39.*

Quid, si voti memor noluit commutationem petere? *nu. 40.*

Quid, si tempore Jubilæi non sit factus, quod non invenitur in se mortale? *nu. 41.*

An absolutio virtute Jubilæi à censuris, vel irregularitatibus, vel sit illi vota commutata, maneat quo ad utriusque valorem tunc, si non intenditur illam licentiam? *nu. 42.*

Quid, si intendatur, & postea non licetur, an reingratia in primam casum reservationem? Referuntur quædam sententia, *num. 43.*

Enodatur sententia Auctoris, *nu. 44.*

Quid, si in ea confessione oblitus fuit aliquis reservata, an maneat reservatum, quamvis postea non liceret Jubilæum? *num. 45.*

Quid, si nullam hic confessionem præmissis tempore Jubilæi? *num. 46.*

Quid, si vota sint commutata virtute Jubilæi, quem postea non est licentia, an reviviscant? Referuntur quædam sententia, *num. 47. & 48.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 49.*

Quid, si confessor commutavit, tunc remittens opera subroganda ad tempus post Jubilæum expletum? *nu. 50.*

Quid, si nulla voti oblit commutatio est facta tempore Jubilæi? *nu. 51.*

Et ibi, quid de irregularitate oblitæ?

Quid, si tempore Jubilæi non commutavit confessor votum, sed remisit commutationem faciendam post illum? *nu. 52.*

Quid, si habuit animum non commutandi, nisi sub conditione, si ille verè obtinuerit Jubilæum? Et an hæc fieri possit? *nu. 53.*

An sit culpa reus, non comparans postea Jubilæum, *nu. 54.*

An virtute Bullæ sit necesse commutare vota in temporale belli subsidium? Referuntur opinio, *num. 55.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 56.*

An tota commutatio debeat esse in temporale belli subsidium? Referuntur quædam sententia, *nu. 57.*

Enodatur sententia Auctoris, *nu. 58.*

An facultas commutandi vota per regularium privilegia, intelligatur cum solis subditis dicitur, in qua sunt? Referuntur opinio, *num. 59.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 60.*

An hæc, & alia regularium privilegia erga seculares, suspendantur per Bullam, & Jubilæum anni concessio, ita ut eis uti non liceat, nisi cum habentibus bellum? Referuntur opinio, *num. 61.*

Explicatur sententia Auctoris, *nu. 62.*

1 In hac disputatione sunt prius declaranda aliqua, in quibus privilegia religionum ad commutanda secularium vota, & privilegia Bullæ cruciatæ, & Jubilæi, ad ea omnium fidelium commutanda, conveniunt, & discrepant. Deinceps autem ad dubia quædam eisdem tribus privilegiis communia, & ad singulorum specialia descendemus. Ad id vero oportet singulorum horum clausulas referre. Clausula ergo Bullæ cruciatæ est hæc: *possint eligere confessorum ex approbatis ab ordinario, & ab eo quocumque peccatorum, & censurarum, &c. absolutioem recipere, & illis vota omnia antea reservata, castitatis, & religionis dimittantur exceptis, in aliisq. subsidium huius expeditionis, per auctoritatem confessorum commutari possint.*

2 Clausula vero Jubilæi, qui duplice hebdomada comparatur, peccatis tribus diebus jejuniis, elemosyna, oratione, confessione, & communiione, sic se habet: *possint approbatus presbyteros eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, licet valeant ipsos à quibusvis peccatis, criminibus censuris, &c. absolvere, ac vota quæcumque ab eis emissâ, castitatis, & religionis dimittantur exceptis, in alia pietatis opera commutari.*

3 Clausula autem Pauli III. qui concessit religiosis Societatis Jesu facultatem commutandi vota, sic se habet: *Conceditur facultas illi ex vobis, qui presbyteri fuerint, quocumque utriusque sexus Christi fidei, ad vos undecimque accedentium confessionibus audientibus, & confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quocumque gravibus, & enormibus, etiam soli Apostolica reservatis, & à quibusvis ex ipsi, casibus resulantibus sententiis, &c. absolventis, ac eis pro commissis penitentiam salutarem inijungendi; nec non vota quocumque per eos pro tempore emissâ ultimantibus, visitationis limitum Apostolorum Patri, & Pauli de urbe, ac Jacobi in Compostella, necnon religionis, & castitatis votis, dimittantur exceptis in alia pietatis opera commutandi. Et Gregor. XIII. anno 1575. in sua Bulla in Societatis Jesu favorem concessa, incipiente, *Ad perpetuam rei memoriam, dicit Romanum Pontificem, extendit hoc privilegium ad vota jurata, si veritas, & super facultatem aiam presbyteri Societatis prædicte, &c. Apostolica concessam commutandi vota, etiam ad jurata, dummodo commutatio hujusmodi in alterius præjudicium non fiat, &c. &c.* Et Pater noster Generalis Claudius Aquaviva in compendio nostrorum privilegiorum à verbo *Communitio*, §. 1. communicat totam hanc facultatem omnibus confessoribus ex Societate Jesu à superiore deputatis, & ab ordinario juxta formatam Tridentini approbatis.*

4 Hæc tria privilegia se habent tamquam excedens, & excel-